Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8285
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Habete igitur fratres et domini reverendi
zelum ferventem et ignitum eloquii dei
in ore vestro Ut verbum vestre predicatio-
nis quasi facula ardeat Et gt
vicia inflammet Zelatur enim et
semper deum zelatam vel zelatum in hoc
mundo zelare pro domo dei Sic
dicit Richardus Ignoro an pos-
sit hac terra maiorem aliquam
deus homini offerre nescio si potest
homo a deo aliquid in hac vita
maius accipere quam ut eius ministe-
rio peccatores homines in melius
convertent et de filiis dyaboli fi-
lii dei efficiantur An forte am-
plius videbitur esse mortuos
suscitare Certe verum magnus erit
carne suscitare iterum moriturum
quam animam in eternum victuram Certe
vere magnus erit carni restituere
bona transitoria iterum perituram quam
anime restituere bona in eternum
mansura quasi dicat non quia
finiti ad infinitum nulla est comparatio
Et item dicit idem Richardus Sic absque
dubio nichil sit placet deo et
nichil sit placat deum sicut zelus
animarum O quam multi multas ce-
terarum virtutum plures ex dei gra-
tia mente conceperunt et de se gene-
ruerunt qui hunc zelum habere
non potuerunt Quam multos videmus
hodie spiritu pauperes ipse caudetas
caritate ferventes multum abs-
tinentes ad modum patientes Ad
zelum tamen animarum minus tepidos et
torpentes Alii quasi ob custo-
diam humilitatis delinquentes
increpare non presumunt Alii
ne caritate fraterna perturbare
videantur peccantes arguere me-
tuunt Sic et alii aliis atque aliis
adhuc modis quod zelare pro do-
mo dei nolunt virtutis hoc esse fingunt
ut virtutem esse credunt Et non
multi quod absque dubio accidit in
spiritu furoris se agere arbitrantur
zelo rectitudinis Et quod vera-
citer exequuntur odio hominum ex-
ercere se putat vel simulat odio
viciorum Ecce quis modo legem
domini custodit quis modo non
est transgressor ipsius Et io bene
dicebat Crisostomus super Matheum super
i° verbo Colantes culicem ca-
melum autem glucientes sit in
quies omnes que sua querunt
non Ihesu Christi Si enim episcopus debi-
ti honoris non accepit a presbitero
aut presbiter a dyacono dyaconus
a clerico irascitur et turbatur Si autem
viderit aut episcopus presbiterum aut
presbiter dyaconum circa obsequi-
um ecclesie non permanentem aut sub-
ditos peccantes in deum neque
irascitur neque curat Sic omnes hodie
de suo honore solliciti sunt De
honore autem dei nullus Et por-
ciones quisque suas secundum dignita-
tes suas vigilanter aspiciunt
et defendunt Et secundum dignitatem
suam circa intendere circa ob-
sequium ecclesie non attendunt
Si plures decimas non obtu-
lerint murmurant omnes Et si
peccantem populum viderint ne-
mo murmurat contra illos Bene
autem de nobis conqueritur dominus
Ps. v c. Abiecerunt legem domini
exercituum et eloquium sancti Israel
blasphemaverunt Et ut fami-
liarius vobis loquar quod est pre
ceteri honores cuiusque status
nobis sint infesti Certe non
possumus dicere quod hec sit causa
videlicet quod filii quasi sicuti per-
sequantur nos tamquam filios lucis